



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De Christianis, & Gentium Ecclesia. cap. cxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

1. Reg. II. Dixerunt omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos foederatos, & seruiemus tibi. Et respondit Naas Ammonites, In hoc feriam vobiscū foedus, vt eruam omnium vestrum oculos & extros, ponāmque vos opprobrium in vniuerso Israēl. Et dixerant viri Iabes, Concede nobis septem dies, vt mittamus nuncios ad vniuersos terminos Israēl: & si non fueris qui defendat nos, egrediemur ad te.

22. 2. Reg. 13. Ait rex emissarii qui circumstabant eum, Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum David est, scientes quod fugisset, & non indicauerunt mihi.

2. Reg. 13. Apprehendit Amnon sororem suam, & ait, Veni, cuba tecum, soror mea. Quae respondit, Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israēl. Noluit autem acquiescere precibus eius, sed præualens viribus, oppressit G eam, & cubauit cum ea. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita ut odium esset maius quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon, Surge & vade. Quae respondit ei, Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, quam quod antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eam: sed vocato pueru qui ministrabat ei, dixit, Eiice hanc à me foras: & claudo ostium post te.

Ibid. Praecepit Absalom pueris suis, dicens, Obseruote cùm temulentus fuerit Amnon vino, & dixerit vobis, percutite eum & interficite: & nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis. Fecerunt ergo pueri Absalom aduersus Amnon, sicut præceperat eis Absalom.

Prou. 30. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere: Per serum, cùm regnauerit: per stultum, cùm saturatus fuerit cibo: per odiosam mtilierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam, cùm fuerit hæres dominæ suæ.

De Christianis, & Gentium Ecclesia. CAP. CXV.

Off. 2. O C A B O non populum meum populum meum, & non dilectam dilectam.

Esa. 35. Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit sicut lilium. Germinans germinabit. Dederunt in deserto aquam & fluuios, ad potandum genus meum electum, I populum meum quem acquisiui, vt virtutes meas enarraret,

65. 54. 65. Inuentus sum à non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Dixi, Ecce ego, ad gentem quæ non inuocabat nomen meum. Lætare sterilis quæ non paris, decata laudem quæ non pariebas: quoniam multi filii deserte, magis quam eius quæ habet virum. Seruos suos vocabit nomine nouo, quod benedicetur in terra. Benedicent enim Deum venum. Benedicet me populus meus, quem elegi vt enarret virtutes meas.

1. Pet. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecutus misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

1. Io. 3. Charissimi, nunc filii Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicut est.

Incerti. Christianus sibi ipsius potestatem non habet: sed Deo vacat. Christiani munus nihil aliud est, quam mortem meditari. Prorsus Christianus quietis & tranquillitatis, ac pacis amicus & familiaris est. Christiani hominis non habitum, sed animi affectum comproba.

Deum magis timendum esse quam homines. CAP. CXVI.

Timuerunt

